citis me. ⁊ a generationibus .i. bonis que a me proceſſerunt iple
nini. Spiritus enī meus ſuper mel dulcis eſt ⁊ he. Iſtud bñ ſci/
uit pͥpheta qui dixit. q̄ʒ magna multitudo d. t. do. heu q̄ʒ ſtulti ſūt
peccatores qui hanc dulcedinē ſpernunt ⁊ ad infernū vbi ē hor/
ribilis amaritudo currunt vñ Deu. xxxiij. Uua eorum vua fell'
⁊ botrus ama. ⁊c. Per iſta que hic ponunť accipitur amaritudo
que ē in inferno que tanta eſt ꝙ v̄bis explicari nō poteſt. Audi/
ant peccatores qui dulcia vina q̄tidie bibunt ⁊ ſtudent calicib⁹
epotandō. Illud horribile v̄buʒ Johel. Expergiſcimini ebrij ⁊ fle
te ⁊ vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. q̄m perijt ab
ore veſtro. certe dulcedo vini ab ore illius perierat qui in inferno
poſitus pro gutta aque petierat ⁊ habere nō potuit. Cōſidera q̄ʒ
iuſtus iudex ſit deus illis q̄ ſunt hic in ebrietate ⁊ crapula puni/
et in inferno per famem. ⁊ ſitim eorū qui hic abſtinent ⁊ ieiunāt
in celo ſaciabit yſa. xlv. Ecce ſerui mei comedent ⁊ vos eſurietis.
Ecce ſerui mei bibent ⁊ vos ſicietis. Ecce ſerui mei letabuntur ⁊
vos ꝯfundemini. Ecce ſerui mei laudabunt p̄ exultatione cordiſ
⁊ vos clamabitis p̄ dolore cordis. Quia ergo beatus nicolaus
fuit ſeruus dei fideliſ ideo introductus eſt in celum vbi nūq̄ʒ eſu/
riet nunq̄ʒ ſiciet vbi deuʒ laudabit ⁊ cum eo ſine fine gaudebit.
quod nobis ꝯcedat pater ⁊ fi. ⁊ ſpūs ſanct⁹. Amen.

De Beata Lucia. Sermo

Deus in medio eiuſ n̄ cō. adiuuabit eam deus mane dilu
culo. p̄s. V̄ba iſta exponunť de ſancta Lucia quaʒ deus
ita fixit cum ad lupanar trahi deberet ꝙ de loco moue/
ri non potuit. ⁊ eſt ſenſus. Deus in medio eius .i. in corde ſancte
lucie ſupple fuit. ⁊ ideo ipā nō cōmouebitur .i. imobilis manebit
⁊ iſtud nō habet a ſe ʒ a deo. ideo ſubdiť ʒ adiuuabit eam mane
.i. in iuuentute. diluculo .i. illuſtratione ſpiritus ſancti. Sʒ hic in
verbis p̄miſſis tangitur triplex beneficiuʒ ꝙ deus. ſ. lu. contulit
primum eſt ꝙ eam per graciam faciliter inhabitauit. Ideo diciť
deus in medio eius. Scd̄ʒ eſt ꝙ a malo mirabiliter preſeruauit
ideo non cōmouebitur. Tercium eſt ꝙ eam in bono conforta
uit. Ideo ſubditur adiu. eam. Nota ꝙ deus fuit in medio ei⁹ .i.
in corde ſcē Lucie q̄druplicit̄er. Pͥmo vt eā tanq̄ʒ templū inha/
bitet. Scd̄o vt eā ſʒ carnē mortificatā viuificarʒ. Tercō vt eā

in tribulationibus poſitam confortaret. ¶ Quarto vt eaꝫ mūdo
deſpectam magnificaret ⁊ exaltaret. ¶ Primo fuit deus in medio
eius vt eam tanq̄ꝫ celū inhabitaret zach. ij. Lauda ⁊ letare ſyon
qꝛ ecce venio ⁊ habitabo in medio tui ait dn̄s Sancta Lucia di
citur filia ſyon qꝛ ſicut filia patrem ita deum dilexit Syon. qꝛ ꝑ
contemplationeꝫ ſpeculabatur celeſtia ⁊ ideo omnia tranſitoria
contempſit. Syon quippe interp̄tatur ſpeculatio. ad hanc filiam
venit dominus ⁊ inhabitauit per graciā. ⁊ ideo ip̄a merito gau
dere ⁊ letare poterat qꝛ ſponſus eius chriſtus quē toto corde di/
lexerat iugit̄ ſecū h̄itauit Can. iij. Inueni ꝙ dilexit aīa m. te. nec
di. do. intro. in do. ma. m. ⁊ in cu. ge. mei. Mat̄ illa triūphalis eſt
eccl̄ia que dr̄ mater fideliū que ſunt adhuc in mūdo. huiuſmodi
eni tenere eos diligit Gal. iiij. Illa que ſurſum eſt ihr̄l̄m libera eſt
que eſt mater noſtra. Domus huiꝰ matris dicitur celum in quo
ſancti habitant que dicit̄ domus ratione manſionis. cubiculum
ratione ſanctoꝝ. qꝛ multa ibi ſunt que a nobis abſcondita ſunt.
Dicit ergo ſancta Lucia tenui nec dimittā donec introducaꝫ in
domum ma. me. quaſi diceret. ex quo ſponſus meus chriſtus ve/
nit ad me. ⁊ inhabitat in me. ego tenebo eum per dilectionem et
deuocionē nec vnq̄ꝫ dimittam. ſed per eius gratiam veniam ad
celeſtem patriam. ſic ergo deus in medio huiꝰ ſancte fuit vt eaꝫ
tanq̄ꝫ templū dei ſanctificaret. i. Cor. iij. Templum dei ſanctum
eſt qđ eſtis vos. Unde legitur de ea ꝙ cum paſcaſius iudex que
reret ab ea an ſpiritus ſanctus in ea eſſꝫ. Reſpondit apoſtolus di
cit. Qđ qui caſte ⁊ pię in hoc ſeculo vixerint templum dei ſunt ⁊
ſpiritus ſanctus habitat in eis. Conſidera quanto honore digne
ſunt que ſeip̄as per votum virginitatis deo obtulerūt tales ſpeci
ali nomine templum dei dicuntur. Sicut enim templum materia
le ab omnibus fidelibus honoratur. Ita tales virgines ab omi/
bus honorande ſunt. nec mirum ꝙ tales in celo a deo pre alijs
ſpecialiter honorantur. quia ſpecialem mercedem ſcilꝫ aureolam
habebūt in p̄ria. ppt̄ h̄ btā lucia t̄renū ſponſū ɔtēpſit. ⁊ chriſtuꝫ
ſponſū elegit. p cuiꝰ amore oīa q̄ habuit paupibꝰ dedit. ⁊ ei in v̄
ginitate ſuiēs ꝑ verā dilectōꝫ in ſpāli adheſit. Scđo dico ꝙ deꝰ
fuit ī medio eiꝰ vt eā mortificatā carne viuificarꝫ Iſtđ p̄figuratū
fuit Geñ. ij. vbi legit̄ ꝙ lignū vite erat in medio ꝑadiſi. lignū vite

eſt xp̄us qui dat vitam anime. Iſtud lignū erit in medio paradi/
ſi.i.in corde ſancte Lucie.que per paradiſum accipi pōt. Para/
diſus ſiquidem ē locus in alto ſitus.amenus.fructuoſus. ſic cor
beate Lucie fuit in alto per ↄtemplationē celeſtium Apoc̄.v. Su
ſtulit me in ſpiritu in montem excelſuꝫ ⁊ alt̄. Item habuit ameni
tatem ex decore virtutū P̄s. Specie tua ⁊ pulcritudine tua ⁊c. ¶
Item cor fructuoſum q̄tū ad multiplicationē bonorū operum
Canti.iiii. Emiſſiones t.parad̄.ma.pu.cum po.fruct. Emiſſiones
tue.i.fructus qui a te emittuntur ſunt ſupple ſicut paradiſus ma
lorum punicorum.q̄tum ad ỽtutis meritum.latentes qr in mal̄
multa grana interius latent Cū pō.fruc. q̄tum ad opera exteri
us apparentia.fuit ergo xp̄us in corde Lucie tanq̄ lignum vite
in paradiſo.ad hoc vtiqꝫ vt eam ſm̄ carnē mortificataꝫ viuifica
ret. Ro.viii. Si ſm̄ carnē vixeritis moriemini. Si aūt ſpiritu fc̄a
carnis mortificaueritis viuetis. Illi ſm̄ carnem viuunt qui ſm̄
voluntatem carnis deſideria implent vt luxurioſi qui dic̄t. Sap̄
ii. Venite fruamur bonis vino ⁊ precioſo vngento nos implea/
mus. coronemus nos roſis anteq̄ marceſcunt.nullum ſit pratū
qd̄ non p̄tereat luxuria noſtra.tales morientur morte eterna.i.
Cor.vi. Neqꝫ fornicarij neqꝫ ydolis ſeruientes neqꝫ adulteri re/
gnum dei poſſident. Illi vero facta carnis per ſpiritum mortifi/
cant qui per gratiā carnis appetitum frangunt. Gal.v. Qui xp̄i
ſunt carnem.ſ.crucifixerunt cum vicijs et concupiſcentijs.tales
in anima viuūt. Talis erat beata Lucia.vnde dicere poterat cū
apl̄o.viuo iam non ego ſupple ꝑ carnem.viuit ỽo in me xp̄s ſup
ple ꝑ grām Gal.iii. ¶ Tercio dico ꝙ deus in medio eius vt eam
in tribulationibus poſitā ↄfortaret Sap̄.iii. Rex iſrl̄ dn̄s in me/
dio tui nō timebis malū vltra.nūq̄ fuiſſet hec ỽgo tā cōſtans q̄
nec ignē nec minas nec mortē niſi dn̄s eam ↄfortaſſet. Cum eniꝫ
ad lupanar trahi deberet multi homines nec non ⁊ multa paria
boū eā nec poſſent mouere de loco.iudex dixit que ē hec ratio ꝙ
puella delicata a mille viris tracta nō eſt mota. Lucia rn̄dit etſi
alia decēmilia adhibueris.audies ſpiritum ſanctum per me dicē
tem. Cadent a latere tuo d.mille ⁊ decem milia a dextris tuis.
Hoc audito iudex plus torquebatur.cui Lucia. Paſchaſi miſer
rime.quid cruciaris quid palloribus trepidas. Ecce q̄ conſtans

fuit. Tunc p̄cepit iudex ignem magnū circa eam fieri. ⁊ reſinam
⁊ picem ⁊ feruens oleuꝫ ſuper eā iactari ⁊ cū ex hoc in nullo lede
retur gladio percuſſa eſt que ꝑcuſſa q̄ꝫ diu voluit orauit nec ſpi/
ritum niſi prius venientibus ſacerdotibus ſacramētis perceptis
emiſit ſpiritum. Ecce qualiter deus fuit cū hac virgine ſancta vt
eam in tribulationibus poſitam liberaret. vnde ip̄a nunc in celiſ
regnans. ⁊ gracias deo agens dicere potuit illud Eccl. vltio. Li
beraſti me ſm̄ multitudinē miſericordie nominis tui a rugientibꝰ p̄/
paratꝭ. ad eſcaꝫ. i. a demonibus ⁊ de manibus querentiū animaꝫ
meam. i. de malis hominibus ⁊ de multis tribulationibꝰ que cir
cumdedit me. ⁊ a preſſura flāme que circūdedit me. ⁊ ĩ medio ig.
nō ſum eſtuatus. Quarto dicit̄ ꝙ deus fuit in medio eius vt eaꝫ
mundo deſpectā magnificaret ⁊ exaltaret yſa. xij. Cantate dn̄o
qꝛ magnifice fecit ⁊c. vſqꝫ mag. in me. t. ſcūs iſrl̄. p habitationem
ſyon accipe cor ſcē lucie in quo dn̄s habitauit. ꝙ mundū fuit vt
ſpeculū. Syon enī interpretat̄ ſpeculū. merito ergo debet ſancta
Lucia exaltare ⁊ laudare deuꝫ qꝛ in medio eius fuit. ⁊ cū ea ma
gnifice fecit in hoc videlicet ꝙ eā in mūdo deſpectam. in mundo
magnificauit. Olim ſiquidem homines mundani eam deſpexerūt
⁊ quaſi inſanam reputauerunt ꝓpter hoc ꝙ nubere noluit. ⁊ ido
la colere noluit ⁊ honorē mundi pro nihilo duxit. Iſtud figuratū
eſt yſa. xxxvij. vbi dicitur de ſennacherip deſpexit te et ſubſamna
uit virgo filia ſyon. ¶ Sennacherip interpretatur tollens ſiue ele
uans deſerta. ⁊ ſignificat amatores mundi. qui tantum mundū
habent. qui deſerto comparatur ꝙ ſi daretur eis opcio non op/
tarent aliam vitam pre illa q̄m habēt in hoc mundo. tales deri/
dent virgines illas que nubere nolunt ſed in virginitate deo ſer/
uire volunt. Iſtud ad litterā contigit beate lucie. de qua legitur.
Qđ cum omnes facultates ſuas pauperibꝰ orphanis ⁊ viduis
erogaſſet. ſponſus eius accuſauit eam apud iudicē. paſchaſium
d. ſponſam ſuam eſſe chriſtianam. ⁊ contra leges viuere auguſto
rum. propter qđ tandem mortem ſuſtinuit. Ecce qualiter eā mū/
dus deſpexit. ſed econtra mundum. Chriſtus eam magnificauit
non ſolum in celo ſed in hoc mundo. Adeo quod iam per totum
mundum honoratur. ¶ Unde legitur de ea. Quod cum mater
eius per quatuor annos fluxum ſanguinis paſſa eſſet. nec ab ali

ab aliq̄ medicorū poſſet iuuari. ipſa vna cū matre ad ſepulcrum
ſc̄e Agathe ꝓ inuocando ſuffragio acceſſiſſet. et cū eſſent ĩ orōe
ſancta Lucia ſomno arripit̄. ⁊ ſc̄am agathā in medio angeloꝝ
gēmis ornatā ſtantē et dicentē ſibi. Soror mea Lucia v̓go deo
deuota q̄d a me. pec̄ ipſa po. ↄtinuo ĩpetrabis. naz ⁊ matri mee
fides tua ſubuenit. ⁊ ecce ſaluata ē. ſicut ꝑ me ciuitas Cathanē
ſium ſublimat̄ a xp̄o ita ꝑ te ciuitas ſyracuſana decorabit̄. cer-
te hodie nō ſolū in illa ciuitate ſ; per totū mundū honorat̄. Si
deus hanc ſc̄am v̓ginem tm̄ honorauit in mūdo. quis pōt enar-
rare quātū honorauerit eam in celo. Honorem⁹ eam in mundo
donec veniam⁹ illuc vbi videre poſſimus eā honore quē habet
in celo vbi cū ſponſo ſuo regnat ſine fine amen.

¶ De Sancto Thoma. Sermo.

QUia vi. me Thoma credi. beati q̄ nō vi. ⁊ cre. Jo. xx. Iſta
fuerunt chriſti ad beatū thomā in quibus duo tanguntur
Primo obiectū fidei oſtendit̄. Sc̄do merces fidei ꝓmittitur. Ob-
iectum fidei eſt deitas ⁊ humanitas qui quidem articuli ſunt de
deitate. quidā de chriſti humanitate. Merces fidei ē b̄titudo q̄ ꝓ-
mittit̄ fidelib⁹. ꝑmuz tangit̄ ibi. q; vi. me ⁊c. ¶ Nota q̄uis fideles
hui⁹ t̄pis nō viderunt xp̄m corꝑaliter. nc̄c̄e eſt ſi ſaluari volunt
vt videant ſp̄ualiter. Sicut enī in corpore ſunt quinq; ſenſus. ſ.
viſus quo deum ↄgnoſcat. auditus quo ei obediat. odoratus q̄
poſt eius veſtigia incedat. guſtus quo eius dulcedinē ꝑ deuoti-
onem ꝑcipiat. tactus quo eū ꝑ dilectionē teneat. ¶ ꝑmo dico ꝙ
aīa debet habere viſuz quo deum cognoſcat ps. Uacate et vi-
dete qm̄ ego ſum deus ⁊c. q̄ſi diceret videte et ↄgnoſcite ꝙ excel-
ſior oībus. ⁊ ideo me ꝑ oībus diligite. Hunc viſuz ſc̄us Thomas
qn̄ cicatrices chriſti tetigit habuit ⁊ deū confeſſus eſt dicēs dn̄s
me⁹ ⁊ de⁹ me⁹. Sz nota ſicut ad viſum corꝑis t̄a exigunt̄. ſ. in-
fluentia ſubtilis ſp̄us qui a cerebro fluit ad oculos. ocul⁹ clarus
⁊ acer illuminatus ſic ad viſum aīe tria exigunt̄. ꝑmuz eſt diuine
gratie influentia. Sc̄dm ē cordis mūdicia. Terciū ē exterioris ex-
empli reſplendētia. ꝑmo exigit̄ diuine gratie influētia iſtd̄ inuit̄
Luc. xxviii. vbi cū cec⁹ q̄dā clamaret ihu. fili dauid miſerere mei.
⁊ dn̄s diceret q̄d vis vt faciā t̄. Jlle rn̄dit. dn̄e vt videā. q. d. ꝑ me
cecus ſuz ⁊ ꝑ me videre nō poſſuz niſi ꝑ tuā grāz me illumines.